

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Clariss. uiro, Domino M. Philippo Melanchthoni, seruo & discipulo Christi
sideli, fratri charissimo, Martinus Lutherus

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Et ducent nomen posteritate tuum.
 Hinc merita ornabunt iuuenes tua nomina laude,
 Quos iam Parnasi per inga raptat amor.
 An quorum numero si me digneris habere,
 Non hos, quotquot erunt, ultimus inter ero.
 Interea aspiret dextrum tibi carmen Apollo,
 Sufficiens uires in tua uota, uale.

Clariss. uiro, Domino M. Philippo Melanchthoni, seruo & discipulo Christi fidei, fratri charissimo, Martinus Lutherus.

G. & pacem. Mittimus ecce propositiones Disputationum, optime Philippe, quas nostro rogatu digneris distribuere Theologiae candidatis: & simul nomine nostro inuitare omnes ad disputationem, die & loco nominatis. Non enim opus esse credo, is hic in ualuis figere, nisi tibi consultum uidetur, cum peregrini sitis, non in loco Vniuersitatis. Cum ueneritis autem, inuenietis in ualuis fixas, more & stylo solitis: tum etiam ad prandium sollemniter uocabimus uos. licet (ut nostri) cuperemus scire, quot uestrum sint ueniri. Erit Aula die 16 Crucis. Nos laeti expectamus uos. Nam nunc altera conuincio transijt innoxia: & in tribus diebus ne naturale quidem funus fuit.

Hodie

Hodie unum fuit, sed nihil ad pestem. Ex An-
 la nihil percipio de Synodo ista, quam significas.
 Fortè mysteria tanea nos studio calant. Et liben-
 ter ignoro tanta mysteria. D. Bruck hodie ad-
 uenit, quem cras adibo, si potero. Nam heri & ho-
 die perpetua diarrhoea laboraui: & debilitatus
 sum corpore, eo quòd somnus me fugit, & cibum
 nullum cupio. Et potu destituimur. Spero cras
 melius me habiturum. Quindecim sedes habui
 hoc biduo. Scribe mihi, an deuoraueris lite-
 ras istas Principis: quibus (ut scripsi) uehemen-
 ter fui, tua causa, perturbatus. Et quomodo ua-
 leas. Ego (ut legisti) suspectos cœpi habere istos
 legatos tuos. Nosti perfidum & perditum illum,
 discipulum meum. Et habet ille multos communi-
 cantes, non dissimiles ei. Dominus gubernet & con-
 seruet te, Amen. Dominica post Baribolomæi,
 Anno 1555.

Omnibus lecturis has literas, Rector, Ma-
 gistri & Doctores Academiæ Vi-
 rebergensis S. D.

Quisquis est hic peregrinus, qui se ait Persant
 esse, et quidē filiū regis Persarū: tamē cūm peregrī
 nus sit et mancus, simus memores mandati diuini,
 quod præcipit hospitalia officia tribui peregrinis, quod
 neminē iniuria afficiūt. Sic enim dulcissimè scriptū
 I 2 est in